

bus incumbunt officia, in libellis logicis fufe traduntur, nec operam dabo iis explicandis, quæ aliunde nota sunt. Nostra monita, quæ disputandi officia moderantur earumque rationem ostendunt, nostro scopo sufficere videntur. Superest ut ad ea nostra colloquia instituiamus, cunctaque observemus, quibus studiosi juvenes Theologorum certaminibus seriis præparantur. Hoc fine auspicatorum sum collegium, ut vocant, disputatorium, in quo singulis septimanis duas horas antitheseos explicationi, duas itidem ejusdem examini impendemus. Ordinem articulorum servabimus, quem Invariata Augustana Confessio hæctenus prælectionibus publicis explicata suppeditat. Antitheseos enim discussio feliciter non procedit, nisi theseos explicatio & probatio præcesserit. In nostro Gymnasio, quod divina gratia, dubio hoc tempore, per dies crescit, non defuerunt quidam, qui sese nostris exercitiis sponte obtulerunt Juvenes optimæ spei & indefessi, quorum ingenii acumini ampliozem segetem dare, industriamque exercere, sub supremo nostræ militiæ duce Jesu Christo, salutare visum est. Apponam eorum nomina, qui respondendi & opponendi partes in se suscipient.

JOACHIM. CHRISTIAN. TWARDOCUS,
Starg. Pruss.

JOHAN. GABRIEL GEBLER, Schlav. Pom.

MATTHIAS BENONI HERING, Colb. Pom.

MICHAEL WEND, Baldenburg, Pruss.

BENJAMIN COLDITZ, Ged.

JACOBUS KLEIN, Elbing, Pruss.

MICHAEL CHRISTOPH. HANOVIVS,
Neo-Sedin. Pom.

JO-